

211.

Aus dem Schreiben eines Ungenannten, in welchem für die Kirche und besonders die Klöster der Schutz des Markgrafen Albrecht in Anspruch genommen wird. [1148.]

5 *Hdschr.: v. Heinemann giebt die Urkunde nach einer durch Jaffé mitgetheilten Kopie des 12. Jahrhunderts auf Pergament, im Besitze des verstorbenen geh. Justizraths Friedländer. Die Urkunde ist nicht zu finden gewesen.*

Gedr.: v. Heinemann, Codex dipl. Anhaltinus 1,252.

Anm.: v. Heinemann setzt den Brief in die Zeit von 1147 Juni 1 bis August 8, Giesebrecht, Gesch. der deutschen Kaiserzeit 4,495 weist ihn dem Jahr 1148 zu. Vergl. Betreffs des Inhalts v. Heinemann und auch Winter, Magdeb. Geschichtsblätter 9,415.

10 — — Si memoriam nostre etatis recenseamus, Ekbertus marchio catholicos profugos contra Heinricum regem tutatus. Item Lodwicus comes et Wichbertus comes et Theodricus comes singuli pro suis viribus ecclesiam defensarunt. — —

212.

Brief an den Bischof Udo I. von Naumburg, Sohn des Grafen Ludwig, mit welchen ihm ein Reliquienbehälter übersandt wird. [1125—1148.]

Hdschr.: Kop. Perg. Form. epist. (Saec. XII) fol. 22^b. Bibliothek Pommersfelden. Phot. H. St. A.

Gedr.: Oesterr. Archiv. 1850. Bd. 2. Heft 1. S. 36.

Anm.: Udo war Bischof von Naumburg 1125—1148.

Singulari domino suo V[doni] gratia dei Nuuenburgensium venerabili episcopo N.
 20 suus se ipsum. Epistolarum usus, ut Ambrosio placet, ideo est inventus, ut inter disiuncta amicorum corpora litterarum intercurrant officia et, quos locorum diversitas separat, epistola tanquam presentes et colloquentes efficiat. Quod ego secutus cum dulcedinis vestre presentiam, quam desidero, non videre valeo, missis litteris sepius salutaverim, rescriptum vestrum non promerui, quia forsitan eos, per quos littere nostrae vobis sunt
 25 reddebat, non tantum commendabat legationis honestas, quantum aut transeundi per vos aut circa vos peregrinandi cogere videbatur necessitas. Quapropter cum oportuna occasio se mihi ingessisset, conveni presentium latorem Iohannem ecclesiae nostrae canonicum sororis meae filium eique iniunxi, ut viso et salutato domino et consanguineo nostro Corbeiensi abbate, propter quem Renum transire se accingebat, Saxoniam aggredi et ingredi non
 30 reformidaret et ultra non christianam Salam inter agrestem et barbaram Sclauorum nationem tanquam inter spinas rosarum gratiam querere nobilitatis vestrae iocunditatem et munificentiam. Suscipere etiam dignemini per manus eius parvitas meae munusculum, videlicet ex domesticis operibus nostris philacterium, in quo veraciter recludi fecimus de reliquiis preciosi Christi martyris Lamberti patroni nostri, hoc est de ossibus et vesti-
 35 mentis eius, quae obtinere promerui, quando ex consilio ecclesiae nostrae cum paucissimis ad modum viris fidelibus translationi eius interfui et reserato antiquo ipsius martyris sarchofago tam venerabile corpus inventum in novum locum auro et gemmis insignitum valde sollempniter reposuimus. Continentur etiam cum his reliquiis sanctorum Panchratii martyris, Servatii confessoris, sanctarum virginum Coloniensium. Vale.